

David Richter

**Natales Jubilaeos ... Domino Carolo Leopoldo, Duci Regnanti Meclenburgico ...
Humillime gratulabatur, Cum A. O. R. M.DCC.XXVI. d. XXVI. Novembris, In
Gloriosissimi Natalis, Societatem Se offeret atqve pie commendaret
Qvinqvesecularis conservatio Templi nostri ... Qvam in Gymnasii Auditorio
Majori Actu Oratorio De Templis Instituto, insimul celebrabat festam ... invitat**

Gustoviæ: Typis Johan. Lembkii, [1726?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410320>

Druck Freier  Zugang






T. 320.

M. 1261. 6.

25



u
b
e
r
e
u
m
p
u

1460


Volumen LXXV.


M. David Richters
programmata,


für Mühlhütten². Historie
und Litteratur
althes Beitrags.


M. 1261. C.















2

IN NACHHILFEN. HINDEEN GIBT IN DEREN



Vorwiegend besonnen Herr,
Gefährlicher Herr!

Bin ich erfolg, die desiderierte Programmata
des Herrn Magist. Richters, und zwar de
No: 1725 bis 1733, inclusive: Dieser Mann ist
von Geburt ein Buchhändler, er und hat sich
Walter, ein wohlhabender Kupfer = Zeichner,
der sich 30000 Rthl., und fast noch nie verkauft,
desse 8 Kinder nachgelassen, viele Jahre bis
ins spätere Alter, als er gelebt, dessen Descen-
denten zu einem Hofe, gleichmäßige Kupfer =
Zeichner, und eine Tochter, die an fünfzig Kaiserl.
Mann, so Warnemünden, verheiratet ist, alle
verkauft frei, der gleiche auf der ältesten
Tochter, vorgedachter des Mag. Richter, ein Mann
von etzlich 40 Jahren, welcher für ein Kupfer

10 Jafn, Damals, wie Inſen Antecesor in
officio, Bey Mag: Sibelt, wegen Strahlens
pro Pastore vocatus worden, als ein Büßwör-
rige Mann = Kindt, inwieweil Inſen, und im
anfang seiner geistlichen Studien, zum Reli-
gion selbst befördert worden, welche
Inſen Programmatis publicis, in Kon-
viniere gemacht gehalten Inaugural
Disputation, ein Exemplar mit sich führen
sollt. Leod publica, Wenn man
man, wenn man die Gewissheit zu haben,
daß die fremde Truppen, die 22. d. dieses,
sich auf einen wenig, und auf
marchieren, welche, und man andrer
man, die Zeit bald lesen wird. Inſen

Verbleibe übrig, nach geforsamter
Eingefassung Minus, mit aller Besorg-
ung beständig,

Ew. Besorgungsgehr.

Prisw. d. 14 Febr.
A. 1734.

Dimfberg
Dimm
C. R. K. K. K. K.

Faint, illegible handwritten text at the top of the page.

Faint, illegible handwritten text in the lower left quadrant.

Faint, illegible handwritten text in the lower right quadrant.

NATALES JUBILÆOS
SERENISSIMO *atque* CELSISSIMO
DUCI & PRINCIPI, DOMINO,
DOMINO
CAROLO
LEOPOLDO,
DUCI REGNANTI
MECLENBURGICO

Principi Vetustæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi,
Comiti *item* Sverinensi, Terrarum Rostochii & Stargardiæ
Dynastæ, &c. &c.

DOMINO & NUTRITORI *nostro* CLEMENTISSIMO
Humillime gratulabatur,

Cum

A. O. R. M. DCC. XXVI. d. XXVI. Novemb ris,

IN

GLORIOSISSIMI NATALIS,

Societatem

Se offerret atque pie commendaret

Quinque secularis conservatio Templi nostri

DOMINICI sive CÆCILIANI,

Quam in Gymnasii AUDITORIO MAJORI

ACTU ORATORIO

DE

TEMPLIS

Instituto, insimul celebrabat

FESTAM,

Ad quem ut Patres Civitatis, cæterique Fautores frequentes & cum gratia confluere velint, omni studio atque officio eosdem rogat & invitat,

M. DAVID RICHTER, *Güstroviensis. Rector.*

GUSTOVIÆ, Typis JOHAN. LEMBKI, SERENISS. PRINC. Typograph. Aulic.



Ubilæorum grata semper fuit memoria, jucunda etiam recordatio, ita, ut tanto quisque habitus fuerit cæteris beator, quanto plura per vitam suam celebraverit. Sed vero raras facit istas temporum blanditias, brevis, nostræ quidem, vitæ cursus, isque præsertim turbidus! Solus, quantum mihi constat, **JOHANNES GEORGIUS I.** S. R. J. Elector & Dux Saxonæ, tot tantisque fortunæ procellis agitatus, fuit is, quem DEUS T. O. M. ad istud fortunæ fastigium voluit reservare, ut jubilæorum à se & celebratorum & commendatorum numerum, ad ternarium potuerit reducere. In hoc namque Electore Summa erant omnia. Fautricem nactus fuerat naturam in fingendo corporis statu, formam adeptus imperatoriam. Fortuna etiam quicquid suis blanditiis efficere potuit, videtur experta. Pietate enim planè erat insignis, (a) gazophylacium renidebat reposito argento, (b) thorus prolis fecunditate maxime beatus (c) terminum vitæ Mosaicum fere superavit, (d) fortunæ denique perfidiam incredibili elusit prudentia, (e) maximasque suis ditionibus fecit accessiones, (f) His tamen fortunæ felicitatibus omnibus, nescio an istam jure meritoque præferam, quod tria ista Lutheranorum Jubilæa universalia non instituerit aut celebraverit solum, sed & aliis Imperii Statibus atque ordinibus celebranda commendaverit & hac ratione illustriora, (g) reddiderit. Placet id Cel. HUBNERI, (h) stylo efferre: Vor dem 30. jährigen Kriege hatte dieser Chur-Fürst Anno 1617. das ERSTE Jubilæum gehalten / weit in demselbigen Jahre die Reformation ihren Anfang genommen hatte. Mitten im Kriege / war Anno 1630. das ANDERE Jubilæum gefällig / weil damals seit Überreichung der Augspurgischen Confession gleich 100. Jahr verlossen waren. Nach dem Kriege erlebte endlich dieser Chur-Fürst noch das DRITTE Jubilæum nemlich das Wieder-Bedächtniß des Religions-Friedens zu Augspurg / welches Ihm zur Nachfolge (Hæc subjunguntur ex Autore der Einleitung zur Historie des Chur-Fürstenthums Sachsen / p. 278.) und auff seine Vermahnung auch von andern Evāgelischen Ständen geschehen ist. Sed mitto hanc in amplificatione veritatis Lutheranz, fortissimi Electoris pietatem, quia olim satis multa de eadem fecimus verba. (i) Ista commemorabo, quæ *Serenissimus* atque *Celsiss.*

Dux & Princeps noster, **DOMINUS CAROLUS LEOPOLDUS**, *Dux regnans Meclenburgicus, &c.*

non solum cum hoc incomparabili Saxonum heroe habet communia, (quæ in propatulo sunt) sed quæ per Fortunam, vel potius ipsum Deum, huic Nostro Duci facta sunt propria. Nescio enim, an cuivis aliorum, quod huic Soli, contigerit, menses diesque natales, toties júbilo illustres, celebrasse. Tria, fateor, **JOHANNES GEORGIUS I.** Jubilæa habuit festa, sed & mensium intervallo distincta, & a natalis diei communi gaudio seclusa. Nostri vero Principis mensis & dies Natalis fataliter definitus videtur Jubilæus. Anno enim M. DCC. XVII. eundem illustravit Jubilæum Reformationis Lutheranz. Anno cl. lccc. xix. Mense Novembri (k) **TERTIUM**

TIUM Jubilæum Academiae Rostochiensis moribus antiquis celebrandum fuisset, nisi fortunæ sævitia hæc prohibuisset sacra solennia. Modo, ipsius natalis diei feri-
 as stativas S. Cœcilia (â Paschali Papa Romæ olim condita & sub initium superio-
 ris seculi per CLEMENTEM VIII. quem miraculose liberasse dicitur â Podagra,
 solenniter reposita (l) apparandas indixit, & quod in Ejus honorem heic quoque
 locorum fundatum est, Templum nostrum Dominicum sive Cœcilianum, quod
 cis pietatis documentis recolendam & DEO commendandam. Quod si enim L
 ensis Academia felicitati sibi id ducit: zu den Merckwürdigkeiten dieser Acade
 werden billig die Jubilæa gerechnet / deren sie nunmehr 3. Solenniter gefeyret: (m)
 Quod si priscis Judæorum proavis tam grata fuit Jubilæorum memoria, ut obse-
 vante MAIMONIDE, (n) teste hujus rei gravissimo, per illud tempus, quo in
 sunt terram sanctam, usque dum egressi essent, XVII. omnia egerint Jubilæos annos (qui
 & conficiunt cum dimidio, secula) nemo certe nobis vitio vertet, quod Jubilæorum
 numerum sollicitè asservemus, numeremus, nostramque divino munere conces-
 sam jubilandi lætitiâ in & cum Domino transigamus: maxime vero, cum glori-
 osissimus nostri Nutritoris Natalis hæc nobis gaudia faciat insigniora. Hunc in fi-
 nem argumentum de TEMPLIS, quod nostri Clementissimi Principis & EPISCOPI
 cura circa Sacra postulare videbatur, curatius erat discutiendum; licet ad ple-
 nior, hujus quidem causæ, cognitionem, tum HOSPINIANUS (o) tum BER-
 NEGGERUS (p) BARBOSA (q) item & R. P. CHAPONEL (r) hujusque
 starchus Louis HUGO (s) aliique (t) multo nobis esse potuissent adjumento, si
 per temporis brevitatem, vel per loci conditionem, denique per alias muneris im-
 pellationes, iisdem frui nobis licuisset. Ita autem hoc stadium fui emensus, ut
 duce illud simul impigre decurrerint

Alumni quidam nostri Gymnasii plane commendabiles

Natalem Serenissimi nostri DUCIS his festis Orationibus celebraturi. Dicent eni
 Ante Meridiem, circa horam IX. finitis in Cœciliano Sacris

I. JOACH. CHRISTIAN. Hörning / Warena-Meclenb.

Prologi officio functurus oratione germanica eaqve soluta, de
Variis priscorum templorum nominibus, quem excipient

GUSTROVIENSES.

II. JOH. JOACH. Vief / *Templorum Origines Seculo I.*
 investigabit, Orat. Latina.

III. JOACH. EHRENFRIED Pfeiffer / *Templorum Hostib*
 parentabit, carmine Latino.

Post meridiem vero post horam II. dam.

IV. CHRISTIAN. FRIDER. Loberenz / *Templorum origines seculo II.*
 vindicabit, Patrumque genuina loca a fraudulentis Summi, cujusdam
 Viri, defendet interpretationibus, oratione Latina soluta.

V. THOMAS Spalding / *Templorum Sanctitatem,*
 docebit carmine germanico.

VI. JOH. DANIEL Livonius / *de Templis Cathedralibus,*
 von Dom-Kirchen oder Münstern / oratione Latina.


VII. JOH. DETTLOFF Graumann /
 Actum perficiet Epilogus, Oratione germ. metrica de Capellis, von Ra-
 pellen ex Cap. X, de Cap. Mon. & al. Religios.


Tuum ergo erit, charissima patria, & quotquot Tuas ornant amantque Aras, Cu-
 riam, Scholam, & lares paternos, non modo officium, ut solenniori huic festo Ju-
 bilæo Tuas cum nostra juventute preces jungas, atque pro tanto tuæ Patriæ
 Patre apud DEum intercedas, ut Johanne Georgio I. sit longæva senectute beati-
 or, Jubilæorum lætis ominibus atque accessionibus illustrior, in superandis for-
 tunæ & perfidiarum nequitiis constantior, & quæ Tua Tibi pietas, vota cætera
 pluraque imperabit; Sed & facies, scio, Tuæ ut humanitati debeamus, quod
 Sum


Summorum Virorum assiduitate & frequentia, Tuæ, quam bene formatam vides, posteritati, animum dicendi accendas atque confirmes, nostroque actui decus vitamque concilies exoptatissimum desideratissimumque. Confluite igitur cum favore animique benevolentia frequentes, nostroque bene merendi studio, optimorumque Iuvenum laudatissimis conatibus favete, succurrite, beneque dicite. Id etiam atque etiam meo, meorumque charissimorum (x) discipulorum & filiorum atque contendo.


(a) Vid. CALOVII Memoria Davidis Saxonici in dedicat. præcipue. M. Mart. GRUMPRECHT, Chur-Sächs. Leid und Freud. M. Jo. Herzogs der Fromme Exemplarische Simeon, D. Joh. OLEARII, der immer grüne Rauten Stamm. D. Godfr. OLEARII, Chur-Sächs. Ehren-Fraurahl. M. Ad. Polzen / Chur-Sächs. Ehren-Cron & in compendio M. Georg LANI, Mausoleum Saxonicum p. 100. sqq. & p. 238. sqq. aliosque plurimos. (b) Vid. Cel. HUBNERI, Histor. Fragen. Part. 5. p. m. 971. (c) Er hat nicht allein 10. Kinder gesehen sondern auch durch Sie 51. Enckeln und 29. Uhr-Enckeln / zusammen 90. Nachkommen in seinen Leben gezeuget / und hierinnen allen seinen Vor-Eltern vorgebrungen. Vide pluribus Autorem der Einleitung zur Historie des Chur-Fürstenthums Sachsen. p. 301. Nuptias celebraverat cum Magdalena Sibylla, Brandenburgensi, Torgavia. an. 1607. d. 19. Jul. Mortuus autem est Septemvir an. 1656. d. 8. Octobr. adeoque JUBILÆO GAMICO quam proxime accessit. (d) Mortuus est anno æt. 72. also / daß Er 4. Römische Kayser und Könige / 7. geist- und 4. weltliche Chur-Fürsten überlebet und 45. Jahr lang Regieret. Einleitung. p. 299. (e) Solus fere inter omnes Europæ Principes bello tricennali non interfuit solum sed & Victor superfuit. (f) Utramque intelligo Lusatiam, welches zur Satisfaction vor die zum Kayserlichen Diensten aufgewanten 70. tonnen Goldes erblich und ewig Ihm übergeben. Hübnerus. l. c. p. 978. (g) Conf. Junckeri vita Lutheri Numismatica § 77. p. m. 284. sqq. (h) Part. 5. p. 984. (i) In der ausführlichen Historie eines Evangelischen Jubilæi p. 58. sqq. sub Prætorii nomine edita. (k) Vide Jubilæum Academiæ Rostochiensis festum - Mensæ Novembri anni 1619. celebratum. B. Jo. FAES præter rem, solum & unicum d. 12. Nov. Academiæ præscribit in Proœmio Lucubrationum in Bullam Clementis XI. Jubilæam, plag. **** Fol. 4. (l) Vid. Ant. CICARELLAM in suis ad Platinæ biographiam Pontificum accessionibus, in Vita Clementis VIII. fise proluxque hæc ex Baronio referentem, p. m. 504. col. b. & sqq. De ipso autem Cicarella breviores exhibet lineas Aubertus MIRÆUS in suo de Scriptõribus Ecclesiasticis Sec. XVI. auctario f. m. 255. (m) Einleitung part. 3. p. m. 188. (n) Hile. שמשא ויובל. perek. 10. (o) in, de Templorum Origine. (p) De idolo Lauretano. (q) De officio & potestate paroch. (r) dans l' Histoire des Chanoines, Paris 1699. in 12. edit. (s) Dans la Critique de l' Histoire des Chanoines. Luxemb. 1700. in 8. edit. (t) Uti JOSEPH. MEDUS in gründlichen beweis daß Kirchen von der Apostel Zeiten her gewesen. Transulit vero ex Anglico hunc librum in idioma germanicum Cel. Henr. Lud. BENTHEM, & quantum ex Summi Viri, Cel. JUSTI HENNINGI BOHMERI Diss. de Coetibus Christianorum antelucanis § 11. p. m. 47. didici, Nic. FULLERUM, Cathedralis Ecclesiæ Sarisburiensis in Anglia Canonicum, exscriptit. Vid. hujus Misc. Lib. II. cap. 9. Criticor. Sacr. Tomo VII. fol. m. 90. sqq. relegenda. Refutasse præterra Fullerum scribitur Jo. DALLÆUS, de Cultibus Religiosis Latinorum. FRID. SPANHEMIUS in dubiis Evangelicis Part. III. quod & præstitit B. QVENDSTEDTIUS antiquitat. Biblic. & Ecolef. cap. 8. Num. 2. §. 4. p. 772. sqq. Maxime autem consideravi Jo. CIAMPINUM, Romanum, qui vulgo *Magister Brevium Gratia* nuncupatur, cum suis de monumentis Veterum, &c. libris, una cum illis, quos Princeps nostri ævi Theologorum Cel. V. E. LOESCHERUS in suis decimis Evangelicis Part. VI. p. 150. §. 2. laudavit atque commendavit (u) Vid. BOHMERI, Viri, supra meam laudem positi, dissertationes juris Eccles. antiqui, Disputatione 2. da. & ipsi, quod miratus fui, ἀπόψυφον B. ITTIGIUM in H. E. Sec. II. p. 270. (x) Hic enim Præceptorum mos fuit, ut, quos revera discipulos suos æstimarent, AMICORUM nomine dignos haberent. Autor hujus instituti fuit PYTHAGORAS. Vide SCHEFFERUM de Philos. Ital. cap. II. p. m. 98. edit. Vitemb. Hunc imitati sunt PROTAGORAS, ARISTOTELIS, aliique. Vide MELCH. ZEIDLERI Prodromum Introd. in Lection. Aristot. §. 9. sqq. & MELCH. PICCARTI Isagogen in Lectionem Arist. p. m. 4. sqq.


S. D. G.
















ANN FRIDERICH TANGATZ,
Strelicensis, de *Bello sacro, minime Sacro.*

ANN JACOB ROMANUS,
regio seu *Expeditione Henrici nostri cruciata.*

CHRISTOPH. LAUR. KRAMBEHR,
de *fatis Optimi Principis, bis capti & totidem
liberati.*

ANN CHRIST. NEUCRANTZ,
offio Meclenbl. de *reditu Henrici Hierosolymitani
in Patriam.*

Immodum vero splendidissimâ Patrum de utra-
que meritisimorum coronâ, Oratorum dicendi
artem semper sublevatum fuit, ita etiam, ut reli-
giosorum diligentiam suaque commendandâ
literarum studia alatis, Vestrasque nobiscum
amicissimi Ducis, Conjugis & Filiaë, totiusque
Domus Meclenburgicæ vota conjungatis,
Optimum, opera atque contentione exoro, quam
facilius alacritatem spondens atque offerens.

Exhibens *Henrici Hierosolymitani
rapto, Ægypti Soldano, Mamme-
to, colloquium ex M. C. J. W.*

Übersetzung
Heils zu Puffendorff I. Einleitung der
nehmsten Staaten / von Africa
Et c. p. m. 695. seqq.

Dieser war von Geburt ein Teutscher / welcher / als er
von Mecklenburg nach einer sechs und zwanzigjäh-
rigen Exil zu sich bringen ließ / ihn fragte: Ob es nicht gut
wäre / er mit seinen Freunden in Teutschland das Fest der
Zeylandes seyren könnte? (denn die Jahreszeit
nicht)

the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 A20 18 17 16 11
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Patch Reference numbers on UTT
Scan Reference Chart TE263 Serial No.